

accusatus in asyllum Minervae confugit et ibi fame confectus est.

- 8 Lysander dux qui dominantem toto mari classem Atticam apud Aegos potamos oppressit et victis
 5 Atheniensibus XXX tyrannos inposuit.
- 9 Xanthippus vir Lacedaemoniorum fortissimus qui bello Punico primo Carthaginiensibus dux missus Regulum cepit.
- 10 Agesilaus cuius inventum est in hostili quam in
 10 sua terra pugnare; ideoque in Asiam missus vastata ea cum iam regi immineret revocatus Athenienses apud Coroneam vicit. postea apud Corinthios flevit, quod
 fol. 5^r decem milia Graecorum occisa cognovisset, / nec voluit Corinthum delere cum posset.

15 **15. Clarissimi reges et duces Atheniensium**

- 1 Cecrops rex qui urbem condidit Athenas et ex suo nomine Cecropidas appellavit cives; idem fabulose quia indigena fuit ab inguinibus serpens fuisse
 19 narratur.
- 2 Ericthonius rex, cui misteria Eleusinae con-

